



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Symma Practica Theologiae Mysticae

Gelen, Victor

Coloniae Agrippinae, 1652

Articulus Sextus. Synopsis status aspirationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9766

vistis à Deo non omnino separaret, aut distractum faceret: quamuis interea de primeret a terrena inhabitatio sensum multa cogitantem, maximè si tentationum passiones insolecerent. & tum meritò Domino Deo humiliter exponi potest illud Augustini. b intromittis me in affectum multum inusitatum, introrsus ad-nescio quam dulcedinem; sed recido in hæc ærumnosis ponderibus.] ne autem distractiones (aspirationis affluentia subinde subducta) ex defectu sese conformiter habendi, præualeant, consequenter monemus,

Quod meditatio ab Aspirante subinde utiliter resumenda sit.

ARTICVLVS QVINTVS.

CVm aliquando contingat aspirantem nullis orationibus iaculatorijs, deuotis suspirijs, ac instantaneis affectibus amoris, aut deuotionem percipere, aut seipsum recolligere, aut nihil quasi ad intra cum pace, aut spirituali gusto præstare posse; quin imò multis vanis imaginibus, oblectionumque titillationibus exagitari: absque vlla hæsitatione Passionis Domini nostri Iesu Christi aliquod mysterium, vel nouissimorum c meditationem exemplò realsumat; pro certo habens longè melius esse imaginationem, & rationem salubriter similium repræsentatione, quam vanorum phantasmatum deceptione, & concupiscentia adimpleri. quamdiu enim sensus, imaginatio, & appetitus vanus non sufficienter in alijs

a Sap. 9. b S. Aug. l. 10, conf. c. 40. c Ioan. à Cruce de obſ. noct. d Psal. 38.

mysticis functionibus occupantur; & quodammodo pro libitu usque deque, & ad quævis obvia declinant, certè tempus pacis, & internæ quietis nondum est. Vnde sicut in speculo, aut aqua commota, nulla potest imago recipi, nec quieto aspectu cōtemplari, ita prorsus frustra turbatus animus, & varijs illecebris irretitus recollectionis, & fruitionis oblectionamenta præstolabitur. Unde in praxi frequenter hallucinantur illi, qui sibi persuadent, meditationem pro actus exercitio resumere (licet alioquin nihil utile præstare possint) esse contra spiritualem profectum, aut ipsum statum minus decens. Cæterum ubi pijs imaginationibus, per meditationem noxiæ, aut vanæ imagines abiiciuntur, ibi paulatim interioritate iterum benè composita, ignis alicuius aspirationis deuotæ, excuti poterit. In quem finem sibi ipsi instituat colloquia plangentia sui ipsius vilitatem, nihilitatem, infidelitatem circa mortificationem, & virtutes, firmoque animo iteratis, vici bus, sua proposita renouet, examinetq;. Iam vero, quæ hucusque de statu aspirationis dicta sunt, breuiter ad quotidiam praxin consequenter apponimus,

Synopsis status Aspirationis.

ARTICVLVS SEXTVS.

Concaluit d cor meum intra me, & in meditatione mea exardescit ignis. ac si diceret: ô pia anima, cuius con caluit cor ex pijs meditationibus, quæ etiam à frigore mundanarum cupiditatium

ram libera es, & tuam interioritatem diuino amore calefacis, noli contenta esse tardo amandi modo, sed expedito conamine tanquam scintilla ab ipso igne exhalata, in superiores, & magis diuinos amores transuola; ibidem in ignorantia quadam supra teipsam eleuata: non tamen in illo suavitatis gus-
tu diutinam mansionem tibi perluades; nam amor aspirans ad instar scin-
tillæ subito ascensu in altum peruolans,
extinguitur; ignem & lumen deserens:
at certè sicut vix pereunte scintilla una,
tarsum consurgit alia ex eodem igne;
ita proflus oportet, ut ex statu meditationis succenso calore cordis, amor di-
uinus exardescat, sicut ignis, alia atque
alia successione aspirationum: non tam-
en nimia, & indiscreta, alioqui seip-
sam facile aliqua debilitate, aut inutili
conatu laderet; sicut si exardescentes
scintillæ, nimio, & vago motu in cir-
cumstantes aduolarent, illos mox ab
igne fugarent.

Verum sicut nimia multiplicatio scin-
tillarum piarum nocet, ita quoque re-
missa paucitas, & segnior exercitatio,
aspirantem inanem diuini amoris red-
deret, & dispositum ad recipiendas in-
utiles, vel etiam nocuas cogitationes,
aut appetitus. ex naturali enim deprava-
tione, eiusmodi vana quælibet sese a-
nimo ingerunt, si ad aliud, quod me-
lius est, abduxit non fuerit. itaque in-
stantanea actiuitas spiritus, quæ volubi-
li motu in quodlibet cognoscendum,
vel amandum dilabitur, per diligentem

subrogationem aspirationum sancta-
rum corrigenda est. sic enim spiritus in
seipso quasi conclusus à distractioni-
bus, & appetitibus inordinatis libera-
tus, exardescit sicut ignis, & ex calore
cœlestium per suspiria, & desideria piè
scintillantia, seipsum benè afficit, Deo-
que coniungit.

At si quandoque pro voto non suc-
cedat in Deum tendentia, vivacitate
naturalis sensualitatis insurgente; aut
quod pia anima tanquam in terra de-
serta, & inuia, & inaquosa, in loco san-
cto, & præsentia Dei appareat; ad re-
gulas & communes suprapositas confu-
giat, stricto examine adhibito, si in ali-
quo defectuosam se repererit. Nec mi-
nor etiam utilitate subinde aliquam
meditationem reassumet, ne libertatem
euagandi sibi facilem reddat. Vnde et-
iam dicit, in meditatione mea exarde-
scit ignis; ac si diceret, ad habendum
aliquem ardorem ignis diuini meditan-
dum est: quis enim non videat melius
esse aliqua pia meditatione, & discursu
intellectum à vanis, & inutilibus, ne di-
cam nocuis imaginibus auocare; quam
neglecta meditatione sine amore orationum iaculatoriarum, ad quævis ob-
via diuagari?

Præterea si nihil horum proficit, & nec
meditatione, nec aspiratione Dei præ-
sentia dignari se videat; ad alium boni
modum se transferat; & in seipsum, vt
potè indignam diuina fruitione exar-
descat: & ideo dicit alio sensu, in me-
ditatione mei ipsius exardescat ignis. ac
si di-

a hic supra decif. 12.

Si diceret , dum memetipsam imperfetam, tentatam, aridamque in Dei sensu meditor , & recogito , tum exardeſcit ignis , & cupiditas contemnendi meiplam , ac laudandi Deum , quod in ſeipſo fœlix & beatus fit , ego autem misera & desolata ; tum etiam me indignam censeo , quæ aliquo Dei ſolatio fruar , atque in mei perſecutionem , & mortificationem exardesco : ac me ad omnem miseriam , desolationem , temptationem tamdiu ita patienter ferendam resigno , donec Deo Opt. Max. aliter placeat de me diſponere ; vel iterum aspirationum vſu , tanquam ignis , amor Dei accendatur : vel ad ſtatū contemplationis , & quietem mentalem tranſire valeam . Ut autem conſtet , quantum quis hucusque profecerit , & an ad vltiora procedere poſſit , conſequenter dicimus ,

De ſpirituali profeſtu , duratione , & tranſitu ab aspirationis ad contemplationis ſtatum.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

SIcut excedit motus ſubtilis groſſum , ſceler tardum , frequens rarum ; ita præcellit amor aspirationis meditationem , in hac enim groſſa imaginatio ne , & longa conſideratione , & ſæp absque Dei singulari præſentia , ſua per agit : in illa verò ſubili , facili , ac fre quenti amore exardeſcit ſicut ignis in spinis , diuino ſuﬄamine perfulſus .

ap. S. Bonau. in prol. Th. myst. & Io. à Cruce ſlam. amoř. Cant. 3. § 5. Ther. ſua vit. c. 11. 12. ¶ 34

Ad durationem autem ſtatus aſpirationis quod attinet , ſi ordinarium curſum ſpectemus , vix ultra annum , aut alterum in eo detinetur myſticus . ſolet enim ab instantaneo aſpirationis motu , ad firmum intuitum contemplationis facile , & libenter tranſire ; vt ignem amoris concluſum in ſpatia , & amplitudines ſpiritualis magnitudinis poſſit extendere : Si quis tamen abundantiori myſtica gratia à Deo dignatus fuerit poſſet [aliquis intra duos a menses : & ci tissimè ad magnam contemplationem peruenire .] Si verò illi conſiderentur , qui ad ſtatus ſupernaturalis modi non tranſeunt , iſtiuſmodi aſpirationis exercitium , tota vita durat vtiliſſimè , tales enim aut in meditatione , aut in contemplatione promiscui in praxi , & exercitio actus , modò ſuſpiria , & orationes iaculatorias intermiscent , modò ad actualem contemplationem tranſeunt .

Quando autem experientia conſabit , instantaneas operationes , & orationes iaculatorias ſolito ardore deſtitui , & internam diſpoſitionem ad intuitus , & inhaſiones ſpirituales inclinare , vt tanquam fatigatus exercitatio ne p̄rahabitæ actiuitatis per aſpirationes , liceat habitum quietis mentalis aſsumere ; abſque aliqua haſitatione ad praxin ſtatus contemplationis , vel af firmantis , vel negantis tranſeat : Si tamen eiusmodi iſpiritualem intuitum , & g��um non tranſeuntem) quod frequenter fit in ſtatu aſpirationis) ſed per manente , compererit . Et idē ab ulteriori